



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 21.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

doricum. Chrotechildis cum primogenitum filium habuisset, quem Baptismo consecrare vellet; viro assidue suadens ut Christianus efficeretur, nullatenus ad consiliandum regis animus mouebatur: dicens, Deorum nostrorum iussione cuncta credantur: Deus vester nihil posse manifestatur. Regina filium ad Baptismum exhibet. Baptizatus autem puer, quem * Inghomerem vocabant, in albis obiit. Qua de causa permotus felle rex, increpabat reginam dicens, Si in nomine Deorum meorum puer fuisset baptizatus, vixisset. Regina vero Deo omnipotenti gratias agens, ut de utero primogenitum in regno suo acceperit. Post hunc genuit filium, quem Chlodomerem vocauit. Cum baptizatus aegrotare cepisset, dixit rex, Et iste sicut frater moritur. Orate autem matre Dominum, ipso adiuuante conualuit. Regina tamen assidue verbis blandis ad Christi cultum suadebat.

Greg. 2. c. 29.
Inghomerem.
Aimoin. 1. c. 15.
Inghomirum
vocat.

Capit. 21.



VMQ; bellum contra Alamannos Chlodoueus rex moueret, suadente regina, vouit, si victoriam obtineret, efficeretur Christianus. Cumq; utraq; phalanges certamine iungerentur, & strages ingentes essent, dixit Chlodoueus, Deum inuoco quem Chrotechildis colit; si me iuuerit in hoc praelio, ut vincam hos aduersarios meos, ero illi fidelis. Alamanni terga vertentes in fugam lapsi sunt. Cumq; regem suum cernerent interemptum * IX. annis exules a sedibus eorum nec ullam potuerunt gentem comperire, quae eis contra Francos auxiliaret. Tandem se in ditionem Chlodoueo tradunt. Postea cum de praelio memorato superius Chlodoueus Remis fuisset reuersus, clam a sancto Remigio Remensi Episcopo, adtrahente etiam Chrotechilde regina, Baptismi gratiam cum sex millibus Francis in Pascha Domini consecratus est. Cum a S. Remigio in Albis Euangelij lectio Chlodoueo annunciaretur, qualiter Dominus noster Iesus Chri-

al. 10. 4. annis

sus Christus ad passionē venerat, dixit Chlodoueus, Siego ibidem cū Francis meis fuisse, eius iniuriā vindicasse. Iam fidem his verbis ostendens, Christianū se virum affirmat.

Hudegisilus * frater Gundobadi solatium per legatos Chlodoueu postulans. Cum eū comperisset fortissimū in praelijs; promittens, si eijceret Gundobadū cum suo subsidio, à regno tributū Chlodoueo solueret Gundobadus ignorans dolum fratris Godegisili, ad eum misit, dicens, veni ut resistamus Francis vnanimiter; vt q̄ aliegentes passā sunt, non perferamus nos. At ille, Vadam, inquit, & prebeam tibi auxilium. Chlodoueus cū Francis aduersus hos duos reges castro Diuionensi Campaniam direxit ad praelium. Godegisilus Chlodoueo coniungitur, ac vterq; exercitus Gundobadi populum atterit. At ille dolum fratris cognoscens terga vertit, & Rodani ripam percurrens, Auenionem urbem ingreditur. Godegisilus obtēta victoria, promissa Clodoueo ex parte implens, * Auenionemq; triumphans Chlodoueus rex post Gundobadū dirigit, q̄ eū de ciuitate extrahere possēt.

Caput 22.
al. à Gundobado f. p. l. contra Chlodoueu postulans Vide Greg. lih. 7. de gest. Franc. cap. 23. Aimo. in lib. 7. cap. 19

al. Vicinamque

A Redius prudentissimus vir cum Gundobado intra castra sedens, ad Gundobadum ait, Oportet te lenire huius hominis feritatem. Ego me simulabo à te fugere; ad eum transibo, vt faciam quod neque tibi neque huic noceat regioni. Quodcunq; tibi meum iniunxerit consilium faciendum promitte, donec causam tuam Dominus prosperet. Aredius valedicens ad Clodoueu perrexit dicens, Illum perfidum Gundobadū relinquens, tuę glorię me offero. Benigniter à Clodoueo recipitur. Eratq; iocundus in fabulis, strenuus in cōsilijs, iustus in iudicio, & in commissionib⁹ fidelis. Dixit ad Clodou. Tua est hęc regio; quare eā vastare permittis? Iube Gundobadū tibi tributa soluere, & ipsi & regioni dominaberis. Quod si noluerit, perfice q̄ cepisti. Hęc iniūcta Gund; à Clod: Gūdobad⁹ implere p̄misit. Clod: redijt in

Caput 23.

Rrrr 2 • Fran-